



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Servii Amicvs Fidelis Usque Ad Mortem

Bouchy, Philippe

Coloniæ Agrippinæ, 1660

Caput Primum. De Confessione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54799](#)

sunt. De moribundis adjuvandis te-
lam bellè orditus es , ea nimirum
per texenda est. Ego, ruditis licet in
hac arte , dubiorum licia subinde
suggeram, quæ tu, vel perspicuitatis
radio illustres, vel discretionis pe-
ctine discriminis.

PHIL. Vide sis ne licia tua, Stagiti-
tæ lycea , aut Palladis textrinam
plus æ quo redoleant: rem ipsam, non
verborum ampullas amant Theolo-
gim Morales ; proinde , si me audies,
altos illos dictionis cothurnos ex-
ues, soccosque humiliores induus,
ad rem quam paras, de plano aggredi-
dieris.

AMICUS FIDELIS. Quando ita vi-
jubesve, non modò soccos, sed &
popularem penulam induo.

CAPUT PRIMUM.

De Confessione.

Dubiorum quæ circa Sacramenti Con-
fessionis administrationem accidere pos-
sunt, Resolutions moribundis favor-
ables.

Quatuor

Quæritur primò:

Quid faciendum Amico fidelis, id est,
Parocho vel alteri Sacerdoti, qui evo-
catur ad moribundum qui loqui non potest?

Ut ad hanc quæstionem exactè
magis respondeatur, nonnulla prius
consideranda sunt.

1. An moribundus qui voce non
potest, nutibus saltem absolutionem
a Sacerdote postuleat?

2. An signa saltem aliqua contri-
tionis præsente Sacerdote exhibeat?

3. An priusquam Sacerdos adve-
nerit, voce, vel nutu absolutionem
petierit, vel saltem signa aliqua con-
tritionis ediderit? idque advenientia
præsentique Sacerdoti significent
coram ægroto testes idonei?

4. Quid si id ipsum idonei illite-
stes affirment Sacerdoti, non coram
ægroto, sed in platea, in foro vel in
agro? poteritne Sacerdos ille mori-
bundum, si superstitem repererit,
præsens præsentem absolvere?

5. Quid si moribundus sensibus
omnibus destitutus, neque voce, ne-

R

qns

que ntuabsolutionem petierit, neque signa ulla contritionis ediderit?

Antonius Diana multæ vir eruditio-
nis ac lectionis Partis suæ, tertiz
Tractatu tertio, propositam hanc
nostram quæstionem, operose ad-
modum (allata longa, Auctorum
variantium serie) utramque in par-
tem disputat:

Eam ego partem tantummodo
quæ moribundo magis favebit) si
tamen idoneis auctorum rationum
que adminiculis fulciatur) in me-
dium adferam. Esto itaque.

PRIMA RESOLVITIO.

Danda est absolutio ei, qui (loqui cum non
possit) eam nutibus à Confessario ex-
poscit.

Pro hac Resolutione stant Do-
ctores benè multi, quam etiam de-
terminant Canones & Rituale Ro-
manum editum iussu Pauli V. anno
1615. ubi sic habetur:

Quod si inter confitendum, vele-
tiam antequam incipiat cōfiteri, vox
& loqua & gruī deficiat, nutibus
et sig.

& signis conetur, quoad ejus fieri poterit peccata pœnitentis cognoscere; quibus utrumque vel in genere vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium sive perse, sive per alios ostenderit, absolvendus est. Ex quibus verbis, ersi ad sequentes casus aperta satis pateat responsio, ad majorem tamen firmitudinem sit.

SECUNDA RESOLUTIO.

Moribundus qui lingue usu destitutus est, si pugno pectus pulsat, si suspirans oculos in cælum attollit, aut aliud doloris signum ostendit, absolvendus est à Sacerdote qui præsens hoc videt.

Et ratio est, quia signa pœnitentis animi quæ præsente mortis periculo eduntur, censi debent directa ad sacramentalem absolutionem; cum in tali statu constituti optimum animæ suæ remedium desiderare solement. a

Quod

^a Layman in Theol. morali l. 5. er. 6. c. 8.
^a 4. Chapeauvil. tr de Sac. admin. item
Item peste. c. 3. q. II. Galii.

Quod si dubitetur an hæc signa
orta sint ex vi contritionis , an ex
mœstre & angustia mortis , ad vi-
tandum sacrilegii periculum dari
poterit absolutio sub conditione , si
nimicum talis materia sufficiens sit
ad absolutionis ministracionem . Ita
Layman ibidem & Sancius in sele-
ctis disputationibus , disp . 44 . num.
35.

TERTIA RESOLUTIO.

Quod si moribundus praesente Sacerdoti
neque absolutionem nutu petere , neque
poenitentis signa edere possit , ediderit
verò eo absente , isque idoneis testibus
comprobatur , poterit tunc Sacerdos præ-
fatis moribundum praesentem absolu-
re .

Pio hac sententia citantur à Diana
Auctores non insimæ nota plus
quam triginta , quos inter est D .
Thomas opusculo 63 . § . de Exuc-
ma - Vnctione .

Nota restem unum afferentem
moribundo petiram Confessionem ,
aut exhibita ab eo contritionis signa
Codic.

Confessario advenienti fidem facere
debere. a

a Sancius in select disp. 4 numer. 3. Zam-
branus de Sacram tempore mortis c. 4.
dub 2.

QUARTA RESOLUTIO

Quod si restes in platea, vel in agro testen-
tur Confessario audivisse se moribun-
dum petentem confessionem, aut vidisse
contritionis signa exhibentem, presentes
autem non sint quando adest Confessa-
rius; poterit nibilominus Confessarius
in verbo eorum jam absentium, presens
ipse, presenti moribundo, absolutionis
beneficium impertiri.

Censendus est enim talis æger quasi
confesus absenti Sacerdoti per nun-
tium; quæ confessio valida est, dum
modo absolutio non detur in absen-
tia, sed in præsentia pœnitentis. Et
ita tenent hanc opinionem Henri-
quez & Valent. a

Favent & huic sententiæ Concilia

R. 5 duo,

a Henr. l. 5 o. 2. n. 7. Valent. 10. 4. disp. 7
qu. 11 punct. 1. Filiiuc 10. 1. tra. 7. c. 5. nu-
123. Et multi alii.

duo, nempe Arausicanum VII.ca.II.
 & Carthaginense IV. cap. 76. in quibus
 dicitur absolute, sufficere Confessario
 ad absolvendum sacramentaliter infirmum,
 si testes dent testimonium de voluntate ipsius.

Videndus & Bonacina tom. I. dis-
 put. 2. quæst. 1. punc̄to 33. nū. 4. Vbi
 afferit posse absolvī pœnitentem qui
 accessivit Confessarium per nuntiū
 & adveniente Confessario ita ob-
 mutuit, & ita sensibus destitutus est,
 ut nullum peccatum exprimere, aut
 doloris signum exhibere possit, nul-
 lusque tunc adsit, qui petitionis con-
 fessionis fidem faciat. Et ita Romæ
 sensisse multos DD. testatur. Diana
 verò ita concludit; ita sentiunt mul-
 ti viri docti Societatis Iesu & no-
 stræ Religionis.

*Amicus fidelis non solum potest, sed etiam
 tenetur adhibere absolutionem in casu-
 bus supradictis.*

NOTA I.

Quia cùm sententiæ moribunda-
 tam favorabiles multorum auctori-
 tatis

tate factæ sīt probabiles, ideoque
licitæ, secundum illas debet operari,
sive ex caritate, sive ex justitia (si
fortè Pastor sit:) debet, in quam, etiam si in contraria esset sententia:
Potest enim quis speculativè senten-
tiam unam tenere, & contra illam
practicè operari; (ut pateat in Con-
fessario qui absolvit pœnitentem se-
cundum sentētiām quam tenet pro-
babilem, licet sententiæ absolvēntis
contrariam.) Liceat ergo mihi dice-
re cūm Vasquez: Quid si potest quis
has sententias sequi, quare hoc præ-
sidio privare debet ægrotum? meo
judicio, inquit, licitum non est ne-
gare absolutionem tali tempore, e-
tiam ei qui contrariam sententiam
sequitur, & de eo qui negaret, dici
posset reum esse animarum. *a*

Quid juvat hic longam seriem i-
dem sentientium attexere?

*a Vasq in 3. part. tom. 4 q 91 art. 2. dub.
3. num. 38.*

NOTA 2.

Auctoritas unius Doctoris probi & docti, quæ rationi alicujus momenti innititur, ita ut nihil sit convincens pro opposita parte, sententiam facit probabilem: quia auctoritas talis Doctoris est non levis ratio credendi, & proinde opinio illi innitens est probabilis. Videndus.

AMICUS FIDELIS.

Quid dicendum de eo qui sensibus omnibus destitutus, neque voce, neque nūni ab solutionem perire, neque ulla edit signa contritionis? an ejusmodi absolvendum putas?

QUINTA RESOLUTIO.

PHIL. *Quod si moribundus sensibus omnibus destitutus neque voce, neque nūni confessionem perierit, neque signa ulla contritionis exhibuerit (si tamen prè ad id temporis ac Christianè se gesserit) poterit ei sub condicione dari absolution.*

Fateor

¶ Eman. Sa. v. dub. n. 3. Angel. v. op. n. 2. Sylvest. verbo eodem.

Fateor esse non paucos qui contrarium ideo mordicus teneant quod in tali moribundo nulla signa externa advertant, quæ confessionis materiam sensibilem efficiant, qualis tamen esse debet materia Sacramentorum; quare verenrur, ne proferatur forma ubi non est materia, & sic non efficiatur Sacrementum, sed sacrilegium admittatur.

Sed dici potest, inquit Diana, quod in hoc casu adest aliquo modo præsens materia sensibilis, per testificationem & famam probitatis dicti moribundi, quam in irum hic & nunc censeretur facere quod bonus quilibet Catholicus in ejusmodi articulo facere consuevit, atque adeò hic & nunc prout potest confiteri: Periculum vero sacrilegium nullum esse potest ubi profertur forma sub conditione, si nempe materia iudicata subsit; alias, non.

Sed nolim ego quemquam de suæ opinionis statione deiicere, hoc unum ago, ut, quando moribundo-

R 5 xum

xum partes promovendas suscepit, nonnullos in medium producam qui
eis etiam in hoc ipso casu favent non
parum, atque adeò absolutionis be-
neficium iis impendendum cen-
sit.

Agmen ducat (tanto nec cedit ho-
pori) S. Antonius Archiepiscopus
Florentinus, per illustris familiz D.
Dominici clarum jubar, Doctor il-
le (ut refertur in Sacerdotali Roma-
no impresso Venetiis, anno 1569,
pag. 62.) ita loquitur: Infirmus in
periculo mortis constitutus, potest
absolvi à quolibet Sacerdote de
quolibet peccato, &c. si jam amisi-
sum rationis, puta quia phreneti-
cus, si bene vivebat, & ut bonus fide-
lis frequentabat confessionem, &
communionem & hujusmodi, quam-
vis non petierit Sacramentum; quis
ex insperato talia acciderunt.

Plerique omnes è sanctissima Di-
Francisci Religione asserunt han-
sentiam, sententiam esse Scotti-
camque Patres Recollecti Thesi-
bus

PARS SECUNDA

三〇六

bus impressis propugnarunt variis in
Capitulis Provincialibus; Camera-
censi, anno circiter 1628. Insulensi
anno 1631. &c.

Molfesius unus è Doctoribus Cle-
ticorum Regularium a notat mul-
tos tenuisse hanc sententiam: & qui-
dem è Religione sua, D. Gabrielem
Lottherium: è Societate Jesu , P.
Salmeronem: è Capucinis, P. Lu-
pum.

Quod si auctoritas unius Docto-
ris probi & docti, ut vidimus, faciat
sententiam probabilem, quid opus
alios operosè recensere?

Addam tamen pro coronide, quid
de toto huc casu sentiat gravis Au-
ctor Homo bonus. *b* Attendar, quæ-
so, Amicus fidelis, & hinc discar quid
agere possit aut debeat, si quando
casus ille sibi contigerit: Prudenter,
inquit, ager Parochus, si favorabiliori illi
opinioni adbareat, qua sentit absolutionis

R 6 benef-

a. Intra. Istra 7.c.5.n.48. & 49.

b In examination Ecclesie part, 1. H.A. 7. 659.

18.1.84

beneficium moribundo impendi posse, etiā nullum confessus sit peccatum, nec Confessarium potierit, nec indicia exhibuerit, ex quibus actus contritionis vel attritionis argui possit, modo talis in mortis articulo constitutus, Christiano more vivere soleret, bonusque ac fidelis homo estimaretur.

Quod quidem placitum, in praxi referunt amplexum esse CLEMENTEM VIII Pontificem Maximum & prudissimum virum. Cum enim quidam ex fabrica Divi Petri preceps ruisset, & illum cadentem vidisset, absolutionem ei dedit, dicens: Si es capax, absolvō te a peccatis tuis. Qua sententia, illa sanè ratione confirmatur, quod in necessariis ad saltem pars tutior eligenda, & certiori periculo occurrentum est.

Cessare verò dicitur vel irreverentia Sacramenti, vel sacrilegii periculum, tum conditione apposita, cum auctoritate Doctorum. Ita ille.

AMICUS FIDEL. Amo te, mi Homo bone, de hac tua tam bona, tam amica moribundis Resolutione.

Fidelis

Fidelis Amici dubiis aliis respondet Philaretus.

FIDELIS AMICUS.

Acet in platea moribudus qui vulnus lethale accepit: Confessarium inclamat, verum si confitentiaures accommodavero, medicina jam jam necessaria, adhiberi non poterit: si vero adhibeatur, confiteri postea non poterit.

Quid ergo mihi faciendum est? PHIL. RETUS. Peccatum unum atque alterum secretò audias, etimque statim absolvias: ubi vero Medici ac Chirurgi medicamenta sua adhibuerint integrum vulnerati confessionem (si superstes erit) iterum audias, iterumque absolvias a Ita censet. Diana part. 5, tra. 3, resolutione 56.

FIDEL, AM Quid si Medici tantisper desistere nolint, aut abesse non possint a vulnerato?

PHIL. Tunc satis erit infirmo dicere se peccatorem esse, cum non tecum sit coram aliis peccata sua,

R 7 quam-

quamvis levia , manifestare .
a Itacum Diana, Sancius in select. edit.

Lugdu disp. 44, n 35,

FIDEL A M. Quid faciendum iis qui ver-
santur in evidenti vita periculo, v. g. in
aufragio, peste & bello?

PHIL. Sufficerit unum dum taxat
peccatum declarare omisis etiam
gravioribus: imò si tam præsens sit
periculum , ut ne unum quidem in
particulari declarare possint, dato
signo aliquo pœnitudinis, quale es-
set genuflexio, vel pectoris percus-
sio , absolvì poterunt hac formulâ:
Ego vos absolvo à peccatis vestris. a

a Hurtadus de Sacr. Pœnit. disp. 8. diffic.
2. Item disp. 9. diffic. 10.

FIDEL A M. Quid si unicus sit peste in-
fectus, à quo sibi Confessarius male me-
tuat, tenebuiurne illum integrè confite-
rem audire?

PHIL. Viderur tunc justa de causa
dimidiari posse materialiter , con-
fessio: Quia sicuti , secundum om-
nes, excusatur pœnitens ab integri-
tate confessionis quando ex illa me-
zitd

ritò timet damnum corporis; rei familiaris vel honoris, ita etiam excusat. Confessarius ab audienda integrâ confessione, ex qua sibi meritò mortem à pœnitente metuit. ^a Atque hoc dictum puta in gratiam eorum qui neccum tanta flagrant charitate, ut cum vitæ suæ temporalis dispendio tranquillitati ac securitati proximi sui consulere in animum induant.

Protest Confessarius absolvere infirmum quem credit statim moriturum, adito uno tantum peccato.

Idem dicendum quando infirmus nimis fatigatur in explicandis suis peccatis, Bonacina to. I. fol. 212. n. 18.
¶ 19.

Caveat tamen pœnitens plura peccata reticere quam postulet justa causa, aut periculum imminens, quia confessio integrè facienda est quantum moraliter fieri potest. *Ibid.*
n. 20.

NO-

^a Zambranus de Sacr. Pœnit. c. 4. dub. 6 num. 12. Layman l. 5. tract. 6. c. 13. q. 4. ¶ alii.

N O T A.

Notandum eos qui justa de causa confessionem materialiter integrum non fecerunt, debere postea, si revelaverint, aut periculum evaserint integrè iterum confiteri & absolvi.

FID AMICUS. Quando? statimne? PHIL. Data bona opportunitate, non dico statim nisi instet tempus mortis, aut præceptum annuæ confessionis: item nisi sumenda Eucharistia, suscipienda periculosæ peregrinationes, aut aggredienda alia cum evidenti vitæ periculo. Vide eundem folio 212. num. 21. Item com. 1. fol 217. num. 12. ¶ 13.

FID. AMICUS. Teneturne lethaliter vulneratus vel aliter moribundus, remittere satisfactionem sibi debitam pro accepta iniuria?

PHIL. Odium & rancorem & signa externa rancoris contra inimicum remittat, actionem verò injuriarum sive satisfactionē pro injuria accepta sibi debitam à legitimo indice pertere & expectare potest. An-

Audiendus Jacobus Manchinus
in practica visitandi infirmos. Pract.
7. dub. § nu. 7. Non bene agunt, in-
quit, aliqui Confessarii, pœnitentes
scrupulis afficienes, dum dicunt il-
los non posse salvare nisi etiam corā
Judice actiones injuriarum remit-
tant, cūm hoc loqui liquide falsum
sit.

Ita sensent etiam Emmanuel Sa-
verbo *Inuria*. nu. 1. Bannes & A-
ragon in 2. 2. quæst. 25. art. 9. & a-
lii.

Et ratio est, quia vindicta legiti-
ma ad virtutem justitiae pertinet, &
per se decens est malefactorem pu-
niri, ut alii ejus exemplo in poste-
rum timore pœna ab *inuria* inferē-
da coērcentur. Quia vero periculum
est, ne ideo tantum vindicta expeca-
tur, ut lædenti male sit, & Iesus in
illo lædentis malo, tanquam in suo
bono acquiescat (quod est contra
caritatem proximi, nec tam actus
justiae vindictæ, quam odii) ideo
conari debent Confessarii ut utrum-

que

que à moribundo obtineant; id est,
ut non modò odium & rancorem,
sed & actionem injuriarum Iæsus re-
mittam.

FIDEL.AMIC. *Quid censendum de puro
moribundo?*

PHIL. Si fatetur peccatum ve-
niale vel mortale , & dubitatur an
habeat usum rationis necne, absolvī
debet sub conditione, ne adeat per-
culum æternæ damnationis. Ita Bar-
tholomæus de Medina & multi viri
docti.

FIDEL.AM. *Quisnam Sacerdos in mor-
tis articulo potest moribundum absolvere?*
PHIL. Non tantum bonus & pius, e-
tiam malæ vitæ , nominatim ex-
communicatus, imò Hæreticus &
Schismaticus, moribundum potest
absolvere. Citantur passim pro
hac sententia Doctores plurimi,
& faver Tridentinum quod Ses 14.
cap. 7. ita statuit : piè admodum
Ecclesia Dei custoditum semper
fuit, ut nulla sit reservatio in articu-
lo mortis: atq; ideo omnes Sacerdo-
tes

les quoslibet pœnitentes à qui-
busvis peccatis & censuris absolu-
vere possunt.

Voluit nimirum Ecclesia salutia-
nimarum consulere, ideoque am-
plissimam jurisdictionem concedit
Sacerdotibus omnibus, qui ratione
ordinis sui illius capaces sunt. Potest
ergo moribundus, quando aliis non
adest, ab iis absolutionem petere.
Audiendus hic Joannes Præpositus:
a Desiat, inquit, alii, Pœnitens non
tantum potest, sed etiam debet, pe-
tere hoc Sacramentum ab excom-
municato, imo, Hæretico, modò
non sit periculum subversionis quia
cum constet eos validè posse absolu-
vere, tenetur æger in mortis articu-
lo constitutus, saluti suæ per hoc re-
medium consulere, & præcepto
confessionis satisfacere.

Notandum ramen Sacerdotes il-
los sive malos, sive præciosos ab Ec-
clesia posse quidem validè, sed non
licitè
a Præpositus 3. part. q. 7. de ministro Pœ-
nit. dist. 15.

licitè moribundum absolvere, nisi prius per contritionem, vel aliter justificantur; sed viderint ipsi, æger interim, ab ipsis petit quod justè potest petere, & quod possunt ipsis velint, non tantum valide, sed licet præstare.

Quod si ægroti periculum ita magis illi ac præcisi sacerdotes nec conserui nec justificari possent, non tantum valide sed & licitè in tali statu constituti, moribundū absolverent. *Hurtadus de Sacram. Pœnit. disp. 10. diff. 8.*

FIDEL AMI. Quoto die infirmitatis disponit absolutio à reservatis?

PHIL. Non potest dari simpliciter à prima die infirmitatis, sed à prima die quæ constituit infirmum, in mortis periculo. Ita Sancius in select. disp. 12. num. 5. Cælestinus in Compendio Theol. moral. tract. 1. c. 13. quest. 1.

Nec deber expectari extremum omnino à periculū aut ultimus mor-

vis articulus ad hoc ut possit æger ab omnibus casibus à quolibet Sacerdote absolvī, sed sufficit ut verè veretur in periculo. Ita Metella tom. 2. disp. 4. cap. 6. Præpositus in 3. partem quæst. 7. de Sacram. pœnit. dub. 6. num. 43. & alii.

FIDELIS A.M. *Quid si peccata reservata annexam habeant excommunicacionem majorem?*

PHIL. Diana parte 5. Tract. 3. Resolutione 97. Quando, inquit, simplex Sacerdos in articulo mortis absolvit pœnitentem ab excommunicatione majore, caveat ne absolvat non præmissa satisfactione, si forsitan ea sieri debeat. Juxta Clement. i. de Hæret. Quod si commode fieri non potest, absolvat cum debita cautione, secundum Glossam ejusdem Clem. §. Verum, versu, Ea tunc. Quæ cautio fiat per fidei jussores, vel cum pignore, si eam potest dare, si minus, det saltem eam quam dare potest videlicet juratoriam: si vero causus necessitatis urget nihilque horū fieri

fieri potest, absolvat: cum ad impossibile nemo teneatur. Debet insuper Confessarius imponere onus hoc pœnitenti, ut cessante morbo presentes se Superiori qui extra casum illum de jure poterat eum absolvere, commonefaciendo quod si se non præsentaverit, in eandem censuram incurret. *a*

a Belloc. in praxi The. mor p. I q. 2 n. 136.

Finellus de cas. reser. c. 8 n. 9 Zambrade Sac pœn. c. a. 4 n. 6.

N O T A.

Absolutus autem à reservatis quæ censuram annexam non habent, etiam si convaluerit non tenetur se ulli Superiori præsentare: quia ab eis absolute sine tali ulteriori obligatione absolutus est. *b*

b Sanctorius de cas. Pap c 13. n. 147. N.

varris in Man. c. 26. nn 27. G. H.

Merc. in 3 p. D. Th. q. 9. art. 6

FIDEL. AMIC. Quid censendum dodam.
natis ad mortem?

PHIL. Afficiendi extremo supplio
sunt in mortis articulo constituta

ti, adeoque lata sententia, & instantे
excutione, in eo statu, in quo nulla
est reservatio, possuntque à quolibet
Sacerdote absolvī. a

a Hurtadus de Mendoza volu. 1. de fide,
dis. 84. ser. 8 §. 125

FIDEL. AM. Quid censendum de mu-
lieribus prægnantibus?

PHIL. Post octavum mensem à con-
ceptione, illæ quæ difficiles & peri-
culosos partus expertæ sunt: item
illæque primò pariunt, censentur
versari in mortis articulo; proinde
absolvi debent sicut alii moribundi
in pari periculo constituti. a

FIDEL. AM. Quid agendum Parocho
celebranti qui evocatur citò citò ad
moribundum?

PHIL. Relinquat (inquit Zambra-
nus b) missam inchoatam, etiam
post consecrationem, servante inten-
tim aliquo sacram Eucharistiam, se-
cum

a Abbas in caput pastoralis. n. 3. de officio
ordinarii. Petrus Bellochius in praxi mo-
ral. The p. 1. q. 2. Hurtadus de Mendoza
loco supracit. b Zam. Sac. de p. 6. q. 6. v. 3.

cum verò deferat aliquam formulā
consecratam & extremam Unctio-
nem: audita confessione Eucharistiā
illi præbeat, Extremamque Unctio-
nem administret, & ad sacrificium
revertatur, &c.

Ex his apparer potiori jure Con-
fessariis abrumpenda negotia alia
omnia, ut evocati, citius ad mori-
bundos convolent.

FIDEL. AM. Quid censendum de La-
cis, qui interdum moribundos à censi-
ris absolvunt?

PHIL. Certum est confessionem il-
lam quæ sit interdum ab infirmis
Laico, defectu Sacerdotis, sive con-
tritionis majoris excitandæ, sive et-
iam consolationis aut consilii pe-
tendi gratiâ, non esse confessionem
sacramentalē, & qui peteret abso-
lutionem à Laico, esset sacrilegus, &
Laicus præsumens dare, fieret irreg-
ularis. Constat enim ex Trid. sess.
14. c. 6. can. 10. de fide esse, solos Sa-
cerdotes, & non alios, hujus Sacra-
menti ministros esse.

Posse verò Laicum, moribundos absolvere à censuris, ut non careant Ecclesiasticā sepulturā, affirmant non pauci, nec infimæ notæ Doctores a. Philibertus Marcinus in suis commentariis de bello divino seu de peste part. 3.c.12.num. 3. & seq. ita ratiocinatur. Si Ecclesia pro articulo mortis, confert jurisdictionem absolvendi à peccatis & censuris cuilibet capaci talis jurisdictionis, quia hoc postulat Ecclesiæ benignitas & favor animarum, quandoquidem Laicus sit capax jurisdictionis absolvendi à censuris, (si Papa velit illi eā demandare) ergo conjiciendum eam eidem demandasse, atque hanc esse piam illius mentem, ne excommunicatus post mortem privetur communibus Ecclesiæ precibus & suffragiis atque missæ sacrificio.

Sed observandum cum Sanchez in summa tom. I.l.2.c.13.num. 13 ex-

S pedire

a Layman l. 1. tr. 5. part. 2.c. 6.n. 2. q. pro hac senten. adducit Glossam, Abbatem, Sylvestrum, Armillam.

¶ Amici Fidelis

pedire ut post mortem obtineatur
nova absolutio ab illo cui excom-
municatio reservata erat, si commo-
dè fieri possit. Quia si opinio ista nō
esset vera, careret absolutio valore
suo, & proinde nō valerent absoluto
Ecclesiæ suffragia: modis autē omni-
bus cōsulendū est mortui securitati.
FIDELIS AM. *Quid censendum de mo-*
ribundis qui alii famam vel pecu-
niam injustè abstulerunt?

PHIL. Infirmus qui alteri famam vel
pecuniam injustè abstulit, statim
ante mortem, si commodè potest,
restituat; neque hæredibus san-
curam in testamento demandasse
sufficit. Ratio est, quia iste qui per
hæredes tantum restituere vult non
habet nisi conditionatam volunt-
atem restituendi, si videlicet moria-
tur, alias non. Unde patet malè ad
absolutionem dispositum esse, ut
non multis probat Leo de Officio
Confessor. Recollect. 25. num. 10:
Citar antem Guittier, Azorium,
Reginaldū & Sayrum. Legendus &

T. 0.

Toletus l. 5. instruct. Sacerdorum c.
24. n. 6. Qui cùm possit & debeat, in-
quit, non vult restituere, mortaliter
peccat, & quo magis differt, gravius
peccat, & quoties occasio commo-
da restituendi se offert & non statim
vult restituere, aut non curat ad-
vertere, mortaliter rursus peccat.
Unde multum falluntur, qui debita
cùm possint nolunt solvere, diffe-
rentes usque ad mortis testamentū,
& qui sic discedunt, secundum com-
munem sententiam, in peccato dis-
cedunt. Peccant etiam, inquit, qui
bona habent dubia, & de quibus cer-
ti non sunt an propria sint, & diffe-
runt id elucidare usq; ad testamen-
ta, in quibus etiam ut dubia relin-
quunt, cùm teneantur statim, cùm
commodè possunt id declarare, & si
fortè debent, restituere. Hactenus
Toletus.

PHIL. AM. Heu! hoccine est resolutiones
seligcremeribundis faventiores?

PHIL. An nescis quia meliora sunt
vulnera diligentis, quam fraudulen-

S. 2.

ta

ta oscula odientis? Proverb. 27. Audi quid psaltes Regius: Corripit me justus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum Psl. 140.

De dubiis occurrentibus circa communionem moribundorum.

PHILARETUS.

Viaticum sacratissimi Corporis Domini nostri Jesu Christi, summo studio ac diligentia moribundis procurandum est, ne forte contingat illos tanto bono privatos decedere.

Debet autem Venerabilis Eucharistia dari per modum Viatici, cum probabile est, quod eam moribundus non poterit amplius sumere, ¶

Rituale Rom

AMICUS FIDELIS. *Quenam est differentia inter communionem ordinariam, & inter communionem per modum Viatici?* PHIL. Per communionem ordinariam, perimus a Deo gratiam bene vivendi: per hanc autem, gratiam bene

benè

benè moriendi. Id ipsum sonare videtur nomen *Viatrici*: quid enim est *Viatricum*? nihil aliud est quam anno na sive commeatus ad futurum iter. Longa via est à terra in cœlum, quo moribundus properat; ideo prudenter Sancta Mater Ecclesia filios suos decedentes, sacræ Eucharistiax *Viatrico* prosequitur, ut tanto securiores ex hac vita demigrent, quanto potentiore commeatu instruuntur.

AMICUS FIDEL. Daturne alia verborum formâ *Viatricum* quam communio ordinaria?

PHIL. Forma dandi *Viatricum* hæc est: *Accipe frater (vel soror) Viatricum Corporis Domini nostri Iesu Christi, quic custodiat ab hoste maligno, & perducat in vitam eternam. Amen.* Forma vero communionis ordinariæ est: *Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam eternam. Amen.*

AMICUS FID. An qui manè communicavit, vel Missam dixit, & postea eodem die incidit in periculum mortis posse ad huc non jejunus sacrum *Viatricum* sumere? S 3 PHIL,

PHIL. Potest. Et ratio est, quia licet manè Venerabilem Eucharistiam sumpserit, at non per modum Viatici, ad quod tamen lege Divina secundum plurimos in articulo mortis obligatur.

AMICUS FID. Nōnne hoc est contra præceptum de non communicando bis in die, & non nisi à jejunis?

PHIL. Præceptum communicandi in articulo mortis est divinum, & ideo majoris ponderis quam Ecclesiasticæ illæ prohibitiones.^a

Notandum verò non esse hoc sciendum, nisi prudenter timeatur moribundum eodem die decessum, & non futuram illi postmodum aliam communicandi opportunitatem.

AMIC. FID. Si duret periculum, poteritne eo durante, non jejunus per modum Viatici sapius communicare?

PHIL.

^a Gaspar Hurtado de Eucha, disp. 10. diff.

² Turianus in summa part. 2. c. 58 dub. 2

Bellisonius in 3 part. tom. 2 q. 88. ar. II. notabili 2.

PHIL. Ita existimo. Cùm enim moribundus valdè indigeat tanti Sacramenti subsidio ad vincendas occurrentes tentationes, & ad superanda peccandi pericula, non videtur pia mater Ecclesia nos velle adstringere ad unicam talem communionem cum nostro tanto spirituali dispendio, maximè cùm in secunda & tertia vice eadem maneat quæ in prima necessitas. Adde Concilium Constantiense sess. 13. dicere absolute, (sine limitatione ad unam tantum vicem) in casu infirmitatis Eucharistiam dari posse non jejuno.

Mujus sententiaz assertores multi, ut ex sequentibus patebit.

AMICUS FID. *Quanta debet esse temporis intercedendo inter unam & alteram communionem?*

PHIL. Aliqui requirunt decem aut octo dies à prima communione, ut moribundus iterum possit non jejunus communicare.

AMICI FIDELIS

a Silvius putat post septem dies
id licere. b

Existimant alii dies sex in termi-
nios sufficere. c Imò si quis assuetus
frequenter communicare aut sacri-
ficare proter devotionem ac deside-
rium egrè abstineat , permitti ipsi
potest ut altero statim die commu-
nicet non jejonus. Ita paulus Lay-
mam in Theol. morali lib 5. tract.
4. cap. 6. num. 20.

Horum ratio esse videtur quod
in secunda, tertia & subsequentibus
vicibus, eadem maneat infirmo ne-
cessitas resistendi temptationibus,
quaे in prima. Ergo indiget eodem
subsidio , quo bona mater eum ne-
quaquam privare intendit.

Nota Sacerdotem in articulo mor-
is constitutum, posse celebrare non
jeju-

a Suarez in 3. part tom. 3: disp. 68. sec. 4.

b Henrquez in sum l. 8. c. 5.

c Sylvius in 3. part q. 80. art. 9.

d Filluciustom. 4. c. 8. n. 238 Tabiens
verbō communicare n. 48. Armil. n. 18.
Possevinus de offic. curat. c 8 n. 21. qd. alii.

jejunum, ut se ipse communicet: intellige, si aliunde sacram Eucharistiam habere nequeat. *a* Nec id mirum videri deberet: si enim Laico non jejuno, per modum Viatici communicare licet: cur non liceat non jejunio Sacerdoti celebrare ut sibi Viaticum comparet? Maximè cùm ei et jam concedatur celebrare non jejunio ut quemvis alium in mortis articulo communicet. *b*

a Layman l. 5 tr. 4 c. 6 n. 2 @ Zambranus de Sac. Euc. c. 2 du. 6 n. 1

b Zambranus c. 6 de Eucha. dub. 6 Major. in 4 dist. 9 qu. 3 Iacobus Granado de Sacr. in 3 part. contr. 6 tra. 10 disp. 8 n. 12

AMICUS FID Quid agendum cum delirantibus?

PHIL. Potest Sacerdos præberet Viaticum deliranti qui propter febris in amentiam incidit: maximè si ante delirium illud desideraverit aut contritionis signa ediderit. Adeo, si lucida intervalla habeat, devotionemque ostendar, nec ullū irreverentia aut indignitatis peri-

S. S culum

culum meritò timeatur. A

¶ D. Thom. in 3. part. quest. 88. art. D.
Rituale Romanum de Sacram. Eucha-
ristia.

AMICUS FID. Dandáne est Eucharistis
damnato ad mortem etiam non je-
no?

PHIL. Audi quomodo loquatus
Sancius in selec. disp. 40. Ego, in-
quit, si supplicium differri non po-
set, reum communicare etiam
post horam ducendus esset ad pati-
bulum: nec ex eo reverentia Sacra-
menti minuitur, cum Christus illud
instituerit ad nostram utilitatem, &
non cohæreat suscipi irreverenter
& ob nostram utilitatem sumi, si-
lias communicans debitam dispo-
sitionem habeat.

Ratio autem cur damnati ad mor-
tem debeant, et si non jejni, com-
municare, est, quia violenta mor-
tem tollit in eis obligationem
quam habent ex præcepto divino
communicandi in articulo mor-
tis. Pro hac sententia Zambranus

¶ CILAE

a citat Navarrum, Suarez, Henriquez & alios.

a Zambranus de Sac. Euc cap. 5. n. 6.

AMICUS FID. Scire velim, an qui possum
sumptum Viaticum peccavit mortaliter,
teneatur illud iterum sumere; si-
cuti tenetur iterum confiteri.

PHIL. Non tenetur. Et ratio di-
versitatis est, quia confessio mediū
necessarium est ad salutem pro omni
tempore quo quis lapsus est in
peccatum mortale: At verò Eucha-
ristia, non est necessaria necessitate
medii, sed necessitate præcepti, cui
præcepto factum est satis communi-
cando semel in mortis articulo, pro-
inde præceptum illud non obligat
amplius pro præsenti articulo, sed
bene pro alio. a

a Hurradus de Sacram. Eucha. disp. 10.
diff. 2. Bellisonius tr. 2. in 3 part. p. 80.
art. II. & alii.

AMICUS FID. Quilibet. Sacerdos in
mortis articulo Venerabilem Euchari-
stiam administrat?

PHIL. In articulo mortis sumi po-
test

rest Eucharistia à ministro quocun-
que, à quo in eodem articulo reci-
pi potest absolutio.

Audiendus hīc Chapeauvile no-
stras, de Sacram. Eucharistiæ quæst.
6 ubi sicut:

Veluti pro Sacramento pœnitentiæ, in necessitate vocantur quilibet Sacerdotes, quantumvis præcisus & Hæretici; ita etiam vocari possunt pro Sacramento Eucharistiæ: neque hoc in favorem Hæreticorum & ejusmodi malorum ministrorum, sed in favorem fidelium in necessitate existentium: sic enim censuræ latæ sunt in odium iniquorum, ut non cedant in gravissimum detrimentum bonorum fidelium: Ita ille. Vide Suarem & Radesmam. a

a Suar. 3 p. q. 82 a. 3 disp. 72 sect. 4 Ledeusma de Extr. Vnctio. dub. ult.

AMI. FID. Quomodo ministranda Ve-
nerabilis Eucharistia tempore conti-
giose?

PHIL. Peste laboranti, ad vitandam
labem, potest sacra hostia non digi-
tis,

tis, sed honesto nitido que aliquo instrumento ministrari. a

Nota Sacerdotem posse reservare partem hostiæ, eamque dare more moribundo, si alia non suppetat. b
Neque enim hoc obstat integratî sacrificii, ad quam solum requiritur ut consumptio fiat utriusq; speciei, quod verò aliqua pars unius speciei alteri tribuatur (licet id fieri sine causa malum sit) potest sine aliquo rationabili, ut hic, cohonestari.

a Jacobus Mancinus in tract visitandi infir. p. 8 d. 18. Jacob. Marchantius tr. 6 de Extr. Vnct ubi varios modos recenseret ministrandi Euchar. sine periculo contagionis. b Paluda. in 4 dist. 12. q. 1. art. 5. con. 2. Sylvest. v. Euch. q. 10. §. 7. &c. alii.

AM FID. Quid faciet moribundus si nullus omnino adsit Sacerdos qui ei sacram hostiam prabeat?

PHIL. Laicus, & potiori jure Sacerdos, si minister idoneus non adsit, potest seipsum communicare exemplo Mariæ Scotiæ Reginæ. a

T

a Alex.

328 AMICI FIDELIS

a Mecerus de Sac. q. 82. a. 3. n. 3. Reginald. tom. 2. l. 29. c. 5. q. 5. n. 39. Iacobus Granado de Sacr. in 3 p. contr. 6. tract. 12. disp. 1. n. 4.

A M. FID. Quid faciendum cum agro qui laborat difficultate aliquid transmittendis
PHIL. Potest ei dari communio imposita hostiæ, particula in cochleari cum vino. a

Ita & metu contagionis dari poterit peste infecto Venerabilis hostia in cochleari argenteo.

a Propositus in 3 p. D. Thom. q. 30. dub 2. Suarez item in 3 part. dis. 67 sect. 6. § secundus casus. E. Rituali Romano.

De dubiis occurrentibus circa administrationem Sacramentis
Extrema Unctionis.

PHILARETUS.

R Enovandum est quotannis oleum infirmorum, vetusque in Ecclesia comburendum, vel in piscinam injiciendum.

Si tamen nullum sit oleum ni^metus poterit eo inungi moribundis

dus ; ideoque asservari solet usque dum novum habeatur.

Parochius licet potest oleum olivarum , non consecratum miscere consecrato, quando timet ne consecratum non sufficiat : utrumque enim per admissionem censetur consecratum, modò illud quod additur sit minoris quantitatis quam consecratum. Bonacina to 1. fol. 309 n. 8.

Quinque corporis partes , præcipue ungi debent , quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit ; nempe oculi , aures , nares , os & manus.

Unctio in pedibus & renibus pro loci consuetudine adhibenda vel omissa. Renum tamen in fœminis honestatis causa omitti debet.

Manus verò , quæ reliquis infirmis interius ungi debent, Presbyteris exterius ungantur, quia semel in palma iuncti sunt , cum sacerdotio initiantur.

AM. FID. An omnes illi sensus externi
semper inungendi?

T 2

PHIL.

PHIL. Licebit Parocho, in morbis contagiosis inungere unicum corporis lensem, verbi gratiâ, manum solum, vel oculum solum ac utiformula hac verborum generali : Per istam sanctam Unctionem & suam piissimam misericordiam, indulget tibi Dominus quidquid per visum, auditum, odoratum, gustum & tactum deliquisti. *a*

Philibertus Marchinus, licet in alia sit opinione, nihilominus casus tres ponit in quibus id liceat.

Primus est, si periculum sit ne infirmus moriatur antequam absolvantur omnes unctiones.

Secundus, si Minister nimium sibi metuat à contagione.

Tertius, si multi alii inungendi, quibus omnibus fieri satis non poterit, si quinque unctiones distincte adhibeantur. Ita ille. *b*

a Layman in Theolog moral lib 5 tr 8. cap. 3, n. 3, Coninck dyput 16, D. 3, Sylvius in 3, p. quest. 22, art. 7. adae his Theologos Lovanienses. b Marchinus de peste p. 3, c. 6, num. 16.

¶ Non improbabiliter censent aliqui viri docti, sufficere in magnis periculis ungere unum, vel alterum solum magis obvium, proferendo verba illi Unctioni respondentia.

Ita Doctores Lovanienses, ita Pastorale Mechliniense, ita Suarez & Henriquez qui existamant probabile esse singulas Unctiones conferre partem aliquam gratiæ quæ sufficit ad tollenda peccata lethalia; & addè in casu necessitatis licere ministri hoc Sacramentum quasi dimidiatum, applicando dumtaxat partem unam illius aut alteram.

Jacobus Marchantius in candabro de Sacram. tract. 6. leç. 3. dicit hanc opinionem omnino probabilem esse, ideoque à multis in praxi, hoc tempore usurpari.

Nota peste laborantes posse inungi virgula aliqua oblonga sive argentea, sive lignea.

Quia ejusmodi instrumenti usus, non infert ullam huic Sacramento irreverentiam, & multum conferr

T 3 ad

ad vitam ministrantis conservan-
dam a

a Propositus in 3, p. q. unica de Sacr.
Extr. Vnct. dub. 6, Barbosa de officio Pa-
rochic 22, n. 16, Manchimus in pr. vi-
tandi infirm. pract 8, dub. 18.

AM. FID. Quid agendum cum iis qui in-
ciderunt in amentiam?

PHIL. Eis ministranda est Extrema
Unctio, etiam si valentes eam non
expetierint.

Qui enim cum valerent, debite
Sacramenta alia percepérunt, cen-
sentur habere virtualem semper &
interpretativam intentionem etiam
illud percipiendi. a

Zambranus addit phreneticum
vel furiosum si resistat, fortiter te-
nendum vel ligandum.

a Ludovicus Meratius in D Th. tom.
3, tr. de Extr. Vnct. Sancius tr. 3, tom. I.
c. 5, & alii.

AM. FID. Quid agendum cum pueris?
PHIL. Post septennium, nisi constet
eos carere usu rationis, danda Extre-

ma

ma Unctio, licet numquam communi-
caverint. *a*

In dubio autem an habeant usum
rationis possunt inungi sub condi-
tione *b*

a Layman in Theol. morali l 7, tra. 7,
c. 4, num. 2, Zambranus de casibus temp.
mortis occurrentibus in c. de Extr. Vnct.
dub. 1, & alii. *b* Zambranus suprà San-
cius in selectis disp. 27, n 17.

AMIC. FID Quando adhibenda Exire-
ma Vnctio?

PHIL. Peccant ministri qui non ad-
hibent hoc Sacramentum, vel amici
qui non accessunt ministrum donec
infirmitas jamjam exhalaturus est a-
nimam, & usu rationis destituatur:
quia usus rationis & devotio infirmi
plurimum confert ad effectum hujus
Sacramenti. Et Sacramentum hoc
confert vires contra tentationes quæ
solent præcedere privationem usus
rationis, cum destinatus ratione non
sit capax tentationum, neque leva-
minis contra vim morbi. Ita Belli-
sonius. *a*

T 4 Bel-

a Bellisonius to. 2, in 3, p. q 32, a. 8.

Bellarminus lib. 2, de Arte benemorandi cap. 8, rejicit causam cur multi ægri non convalescant, in tarditatem illam perendi Extremam Unctionem, ait enim: cur autem rariissimè convalescant ægri nostro tempore hac Unctione suscepta, ratio est:

Quia serius quam oportet hoc Sacramentum exhibetur ægrotis: neque enim per hoc Sacramentum miracula expectanda, quale miraculum esset, si is qui agit animam continuò convalesceret. Verum si hoc Sacramentum conferretur ægrotis quando periculose laborare incipiunt, sæpè videremus effectum sanitatis, quæ non quidem momento, sed tempore suo succederet, &c. a

a Idem dicunt Ioan. de la Crux in direct conscientia 2, de Sacram Vnct. dub. 3, concl. 3, Pitigianus in 4, Sententiarum tit. 2, dist. 23, q unica art. 5

AM. FID. An iteranda Extrema Vnctio?
PHIL. Iterari potest hoc Sacramentum, quia characterem non imprimit.

Et

Et quidem in diuturnis morbis ut hydropsi & Hectica ubi semel periculum desit, si recrudescat, roties est iteranda extrema Unctio quoties periculum recruduerit, ut infirmus novum habeat ievamen in novo articulo mortis. a

Quocirca Concilium Trid. sess. 14, c. 3, de Extrema Unctione pronuntiat. Quod si infirmi post suscep-
tam hanc Unctionem convaluerint (hoc est vel omnino recuperaverint valetudinem vel ad tempus melius se habeant & evaferint periculum mortis) iterum subsidio hujus Sacra-
menti juvari poterunt cum in aliud simile discriminem inciderint.

a Emmanuel à verbo Extrema Vncio.
A.M. FID. Quis minister ibius Sacra-
menti?

PHIL Solus Parochus.: Ex commis-
sione quilibet Sacerdos; nunquam autem eo inferior. a

Servet ritus & cæremonias in suo
Episcopatu consuetas; caveat præ-

T 5 fermis-

a Fallacijs.

336 AMICUS FIDELIS

termittere orationes adhiberi solitas, nisi proximum mortis periculum suadeat tantisper differendas, usque dum essentialia Sacramenti peracta sint, resumendas vero, si infirmus adhuc superstes sit. Ita in morali sua Theolog. Martinus Bonacina. Vide etiam Tannerum. n. 4. disp. 7. quæst. 1. dub. 3. n. 85.

AMIC. FID. Quid si Minister hujus Sacramenti sit suspensus, vel nominatum excommunicatus?

PHIL. Cum censuræ pro Ecclesiastica disciplina institutæ sint, non debent vergere in detrimentum animalium. Et cum Ecclesia propter longè inferiorem utilitatem permitat commercium cum nominatum excommunicato, non censetur hoc in casu illud prohibere. Ita Joannes Praepositus. a Suadet Diana, quid quid contradicant aliqui, hanc Praepositi sententiā non esse deserendā b

AMIC.

a Praepositus in 3. p. qu. unic. de Sacr. Extr. Vnct. dub. 6 n 144. b Diana par. 3. truct. 7, Resol. 77.

AMIC. FID. Quid si templum sit sub interdicto?

PHIL. Tempore interdicti, moribundus sensibus destitutus qui Sacramenta alia suscipere non potuit, inungi potest, ne omnia sine Sacramenta discedat. *a*

Diana Parochos admonet, ut si *Eccl*as iste occurrat, sententiam hanc in favorem animarum amplectatur, & sine metu in proxim deducat. *b*

Quærit Diana parte quartatra. *3.*
Resol. *91.* An Parochus peccet mortaliter, qui timens vocari de nocte ad moribundum, defert secum dominum suam oleum Extremæ Unctionis, vel reversus ab Unctione infirmi, non refert ad Ecclesiam?

Respondet Barbosa de officio Parochi cap. *22*, num. *44*, id quidem fieri non debere: quod si tamen fiat contra scandalum vel periculum irreverentiae non videri esse peccatum

T 6 morta-

a Zambranus de casib. temp. mortis c. *5*, dub. *1*, n. *5*, Henrig. *l 3*, cap. *10*, n. *35*
b Diana p. *3*, tract. *4*, Resol. *191*.

mortale : crediderim ego nec veniale, si justa id de causa ac decenter fiat.

Hinc tamen advertant Parochi, quantam rationem habere debeant reverentia ac munditiae, si quando casus tulerit ut Oleum sacrum, domus suæ, ad tempus asservandum sit.

NOTA.

Nonnullos interdum reperias, qui, posteaquam moribundum oleo sacro inunxerunt omnes se boni Pastoris numeros expleuisse arbitrentur: ideoque curam ejus deponant omnem, neque de eo postea revisendo quidquam laborent. Evellenda stirpitus ex eorum animis ea opinio est.

Extrema Unctio conductit fateor, & quidem plurimum adversus tela nequissimi ignea, quibus hominis calcaneo insidiatur; at hominem impeccabilem non reddit, neque a tentationibus immunem; proinde animandus atque adeò adjuvandus est quamdiu in angone contendit.

Tantum

Tantum abest ut minui jam possit,
ut etiam augeri debeat pastoris vi-
gilantia. Imitandi sunt industria
mercatores, qui naves pretiosis onu-
stas mercibus portum licet ingre-
dientes, accurrere non desinunt; me-
mores vel in portu naufragium, vel
in exscensione detrimentum me-
tuendum esse. An merx ulla, anima-
rum merce pretiosior?

AMIC. FID. *Quid ergo agendum porr̄d?*

PHIL. Reviat, inquam, ægrum sæ-
pius: soletur illum: intelligat an
gravialiqua aut molesta tentatione
pulsetur, & remedia præscribat op-
portuna. Quòd si diutiùs duret lan-
guor, intelligat an nihil sit nova
confessione expiandum? An panis
cælestis desiderio aliquo teneatnr.
Agentem animam si fors repererit,
campani æris indicio, urbis aut pagi
incolas, accolásque admoneri curet
ut precibus suis moribundum adju-
vent. Mos ille Leodina in Ditione
hactenus salutariter admodum ob-
servatus, constanter retinendus est;

T 7

atque

atque utinam toto Christiano orbe
usurpetur ! tunc enim , si umquam,
ferventissimæ ad Deum pro agoni-
zante funduntur preces, etiam ab iis
quibuscum, moribundoque iniicitæ
olim uon leves, simultatesque intet-
cedebant. Ferit nimirum, & poten-
ter ferit, non modò corporis, sed &
animæ fores, ferale illud cymbalum,
perinde atque si cum Ecclesiastico
diceret : *Memento novissimorum,* &
sine inimicari eccl. 28.

Opinione atque adeò voluntate
nostra diutius in salebroso hoc scri-
ptionis genere demoramus.

*Claudite jam rivos pueri , sat præ-
tiberunt*

AMIC.FID. Opportunè puerorum
mentionem ingessisti ; heu ! Aebunt
illi, haud dubiè , si indonatos ita
præterieris.

PHIL. Quid mihi cum pueris vitæ
januam ingredientibus ? vivant illi
& diu vivant : negotium cum mori-
bundus mihi est ; fuit, inquam, ha-
cenus ; nunc obligatam exolui fidē.

AMICUS

AMICUS F. D. Quasi verò moribundorum catalogo expungēdi sint pueri: Parcas, pueris non parcere, iuxta mecum intelligis Philaretē; quām sāpē vix nati denascuntur? paritamen cum adultis aeternæ mortis periculo, si non etiam majore, exponuntur. Age ergo, veluti Oplionibus agnelli (minima licet gregis portio) ita & Pastoribus, atque ad eō tibi Philaretē, parvuli isti cordi esse debent.

PHIL Verè (ut omnia) Eccl. c 18.
Cum consummaverit homo, tunc incipiet.
 At, quale erit istud Hyleron protēron? ab Extrema Unctione, quæ sit in morte, ad primam quæ sit in vita janua, id est in Baptismo. Neverò contra Baptismi ordinem aut dignitatē aliquid moliamur, paucula

Qumtaxat ex eo, in gratiam parvolorum, per modum

Appendicis delibabimus.

APPEN.